



**Rvperti Ab||batis Monasterii || Tvtiensis Ordinis S.  
Benedicti The||ologi antiqui, Opera duo, ut egregia sanè,  
ita diu desiderata, multoq[ue] || labore perquisita, ac  
sumptu haud ita modico ...**

**Rupert <von Deutz>**

**Colonia, M. D. XXVI.**

**VD16 R 3796**

Ite[rum] de thesauro fidei, spei & charitatis, in tribus libris Salomonis  
q[uo]d sup[er] illo quide[m] sapiæ thesauro gaudendum sit: formidandum  
autem, quod uir tam sapiens cecidit uel cadere potuit.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-71860](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-71860)

# SUPERPRI ABBATIS

T VITIENSIS DE GLORIFICATIONE TRI-

nitatis, & processione sancti spiritus. Liber. VII.

¶ Item de thesauro fidei, spei, & charitatis, in tribus libris Salomonis quod super illo quidem thesauro sapientie gaudendum sit: formidandum autem, quod virtutem sapientis cecidit vel cadere potuit.. Cap. I.



A V D E A M V S Q V O Q V E I N I S T A  
parte agri super inuentione thesauri, in istis tribus libris Salomonis, super conſideratione horum trium fidei, spei & charitatis: per quam reformatur homo ad quandam similitudinem beatae trinitatis, quam (ut superius dictum est) perdidit in Adam, permixtum proposito eius dicentis, faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram. ¶ Gaudemus inquam, sed gaudium nostrum ostendit & turbat recordatio non suavis recordatio ruinæ tanti uiri, quod tantæ sapientia sacrarii in tantum ruit, ut propter attorem mulierum seruire posset diu alienis, iam senex, sicut scriptura dicit. Cunctum iam est senex, depravatum est per mulieres cor eius, ut sequeretur deos alienos. Quid enim? Nonne formidabile nobis reddit iudicium dei recordatio tanti tamq; sapientis uiri, tam horribiliter in senectute sua depravatus? ¶ Et quidem est opinio quorundam consolabilis, quod penitentiam egerit, & post penitentiam libros istos fecerit, sed nihilominus terrorem facit tabulis casus iste, quo tanta columna ruit, quia uidelicet non postquam ruit senex, sed antequam rueret, tantam sapientiam iuuenis accepit, dicente ad eum domino. Ecce feci tibi secundum sermones tuos, & dedit tibi cor sapientis & intelligens, in tantum, ut nullus ante te similis tui fuerit, nec post te surrecturus sit. Quid ergo dicere possumus hic? Revera nihil nisi tale quid, ut est illud apostoli. Quam incomprensibilia sunt iudicia tua, & inuestigabiles uiae domini, & humiliari siue curuari sub eo sub quo curuantur (ut ait beatus Job), qui portant orbem, quia eti quid intelligimus dealissimo, quis isto sapientior?

¶ De coeteritate patris vel filii secundi hec verba sapientie, antequam quicquam fieret, ego iam concepta eram, & cetera, & de incarnatione eiusdem sapientie, secundum hec verba, Sapientia edificauit sibi dominum, & reliqua. Cap. II.

Vomodocumque cum illo actum sit, ubi cuncti tale lignum ceciderit, quemadmodum dicit, si ceciderit lignum ad austrum aut ad aquilonem, in quoque loco ceciderit, ibi erit. Quia luscum in extremis fuerit, & nunc ubique sit, nos scimus & sapimus quod bonus est fructus ligni humi, multum ualens ad uitam fidei, ex qua iustus uiuit. Claro quippe nomine sapientiae, dicentes. Ab aeterno & ex antiquis ordinata sum, & antequam quicquam fieret, ego iam concepta eram, & ante omnia ego parturiebar: filius dei coeternus deo patri astruit, & ita credere exigit ipsa sapientia ab omnibus filiis quos recipit, dicens post haec. Nunc ergo si quis audire me, & cetera, usque. Qui autem in me peccauerit, laedit animam suam, omnes qui me oderunt, diligunt mortem. Haec enim, quae omnia prescribere longum nimis uisum est, antequam & patri coeternam Iesu Christi filium dei diuinitate sonant, quod ante omnia secula et ab origine natus fit, et illa, quae continuo sequitur, sapientia edificauit sibi dominum, excidit columnas septem, et cetera quae superius prælibauimus, de incarnatione eiusdem uerbi mystice dicta sunt. Vere ergo. Qui autem (inquit) in me peccauerit, laedit animam suam, siue (ut loquar) et omnes qui me oderunt, mortem diligunt. Heretici enim sunt. Et quis ita diligit mortem, et diligendo mortem laedit animam suam, siue (ut loquar secundum David, qui Salomonem praecessit) quis ita diligendo iniquitatem, odiat animam suam, sic heretici.

Catus Salomonis in senis merito nos omnibus terret, 3. Reg. III.

3. Reg. 3.

Roma. III.  
Job. 9.

Eccle. 11.

Abac. 2.  
Roma. 1.

Prophet.

Heretici diligunt mortem, Psalm. 10.